

III. Sex positiones; dextrum, sinistrum. . .  
sursum, deorsum; ante, retro. Quae in caelo sunt  
respectu nostri vel ad situm corporis humani  
non ex natura rei, ut putant Connimbricense  
quum in circulo & rotundo tale nihil sit. Nam  
quod mihi dextrum est, alteri potest esse sin-  
strum: quod nobis oriens; alijs occidens.

Variant autem hi caeli positus apud diversa-  
rum disciplinarum professores. Unde versus  
Ad boream terra, sed caeli mensur ad austrum  
Præco Dei auroram videt, occasumq; Poetae.

Hoc est. Geometra boream spectat, ut habeat  
poli elevationem pro situ loci; & ipsi dextrum  
est oriens, sinistrum occidens. Et sic de reliquis.

IV. Tenuitas, subtilitas, raritas. E-  
nim caelum substantiae non duræ, crassæ ac  
imperviæ, sed subtilissimæ atq; tenuissimæ. Et  
nisi. Aliàs duplici refractione ad nos stellæ  
radij transirent per diaphana tenuitate & ra-  
ritate discrepantia: & sic semper extra locum  
suum apparerent; atque ita nulla penitus esse  
certitudo Astronomica. Cum tamen non  
una alicujus momenti sensibilis sit refractione,  
aeris infimi exhalationes circumterreanas. Im-  
si caelum aere densius esset; ad verticem  
siderum refractione se extenderet. 2. Planetæ